

### C. Iulius Caesar, Commentariorum belli Gallici libri septem, 1, 1–4

Gallia est omnis<sup>1</sup> divisa<sup>2</sup> in partes tres, quarum<sup>3</sup> unam incolunt Belgae, aliam<sup>4</sup> Aquitani, tertiam<sup>5</sup> qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis<sup>6</sup>, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garunna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit.<sup>7</sup> Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod<sup>8</sup> a cultu atque humanitate<sup>9</sup> provinciae<sup>10</sup> longissime absunt<sup>11</sup> minime que ad eos mercatores saepe commeant atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent<sup>12</sup>, inportant proximique<sup>13</sup> sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt<sup>14</sup>, quibus cum continenter bellum gerunt. Qua de causa<sup>15</sup> Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum<sup>16</sup> Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent<sup>17</sup> aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt.

(Poznámky převzaty z: Pech, Jiří. *Latinská čítanka : nejen pro gymnázia*. Vyd. 1. Voznice : Leda, 2006. ISBN 807335067X. s. 16)

---

<sup>1</sup> Gallia omnis - celá Galie, Galie jako celek

<sup>2</sup> divisa est - je rozdělena: ind. pf. zde stav trvající v přítomnosti

<sup>3</sup> quarum - z nichž: gen. celkový

<sup>4</sup> alius, a, ud - druhý

<sup>5</sup> seřad' (tertiā partem incolunt ii,) qui appellantur ipsorum linguā (vlastním jazykem) Celtae

<sup>6</sup> zřízením

<sup>7</sup> odděluje

<sup>8</sup> propterea quod - protože

<sup>9</sup> cultus atque humanitas - jemná vzdělanost: hendiadys

<sup>10</sup> gen. sg.; míní se tím Gallia Noarbonensis

<sup>11</sup> longissime absuntab - jsou nejdále od

<sup>12</sup> quae pertinent ad effeminandos animos (= eos) - co přispívá k jejich zchoulostivování

<sup>13</sup> sunt proximi Germanis - sousedí s Germány

<sup>14</sup> incolō, ere - sídlit, bydlet: zde intransitivně - nepřechodně

<sup>15</sup> Qua de causa - z toho důvodu, proto

<sup>16</sup> tím, že; neboť: cum identicum - ztotožňovací

<sup>17</sup> prohibere suis finibus - odvracet od svého území